

Task 2

Category: Pages

Selection of spreads from the pages of 101, 102 and 103 in the book below

1. In the middle of the page 101 of the book, the line in latin of "105. PROBL. Determinare dimenfiones latrinae." is given space. That might show a numbered title to the following short section. A possible definition of the text in the line is about the dimensions determination of the bathroom. It is possible that the space shows numbered steps of a building to be followed.

2. The last word of the the page 101 "In" is not linked to the resp. sentence of the next page

3. Before a new chapter begins, there is a pic with no description that is illustrated in middle of the previous page (Page 102)

Schol. Si per murum, duos duntaxat pedes latum, fumarium sit traducendum, paries, fumarium utrinque stipans, non potest densitate sua plures, quam quatuor digitos complecti. Hinc, ut fumario, sub tecto ultra supremum tabulatum affurgenti, maior procuretur firmitas, reliquis duobus eius lateribus, quae utrinque solido muro inniuntur, datur in praxi densitas sex digitorum.

105. PROBL. Determinare dimensiones latrinae.

Resol. Latrina angusta non fit, ideoque minimum tres pedes lata; secus quo latior, eo commodior. Asser, qui loculamentis superne incumbit, longitudine sua plerumque latitudinem latrinae adaequans, non fit infra semi-alterum pedem latus. Diameter aperturæ circularis, qua asser hiet, commode statuitur inter 10, et 12 digitos. Aperturæ affigitur valva mobilis, qua demissa arcentur ex parte graecolentes vapores. Consulto interponitur puluillus, ramentis lignorum, vel confecto stramine factus. In

G 3 al-

altiori loco, quam sit fenestra, relinquatur una, alterave exigua apertura, plerumque rectangularis, in pariete ad educendos vapores; imo ob eundem finem ducitur spiraculum intra murum ex imis loculamentis usque ad tectum.



C A-

CAPVT V.

D E

III, QUAE AD TRANSFORMATIONEM IDEAE PERTINENT.

106. Ut typi aedis ponendae perfici queant, idea inuentionis, quae nonnisi in mente adhuc existit, lineis obiter exprimentur (§ 54. 55.). Sit itaque ponenda aedis mediocri classis, exigua quidem, et simplex, attamen solida, et duabus contignationibus, singulis 12 pedes altis, constans, in cuius prima, seu infima contignatione constituentur duo cubicula, singula binis a fronte fenestris instructa, atrium, scala, ad superiorem contignationem deducens, culina, latrina. Idea eiusdem contignationis exprimetur in figura 10, in qua ingressus habetur per *a*, et *g* ad atrium *a g*; cubicula in *b*, et *c*; culina in *d*; scala in *e*; latrina in *f*, semi-circulis, extrorsum ductis,

G 4 fe-